





Kern 86
(1-54; a-g)

LECTURAE
CONSPECTVS
L A B O R V M

QVIBVS

PROFESSORES

ACADEMIAE REGIAE FRIDERICIANAE

PER SEMESTRE HIBERNVM

ANNI MDCCCLVI.

OCCVPAVNTVR

PRORECTORE

D. PHIL. ADOLPH. BOEHMERO,

MEDICINAE ET ANATOMIAE PROF. PVBL. ORDINARIO,

ACADEM. CAESAR. NAT. CVRIOSOR. ET REG. BEROLINENS.

SCIENTIAR. SODALI,



P. P. D. XXVI. SEPTEMBR. MDCCCLVI.

HALAE MAGDEB. LITTERIS HENDELIANIS.


LECTIONES PRORECTORIS, DIRECTORIS
A C
PROFESSORIS MATHESEOS ET PHYSICES PRIMARIH.



PHILIPPVS ADOLPHVS BOEHMER, *privato studio*, consuetis horis antemeridianis, *praeparationes* instituet *anatomicas*; pomeridianis vero de more *anatomem*, iunctis *demonstrationibus osteologicis*, in corporibus humanis docebit, neque iis deerit, qui exercitium *operationum chirurgicarum* desiderabunt.

IO. ERNESTVS FLOERCKE *privatim* hora VIII-IX. B. AUI STRVVI *Iurisprudentiae Romano-Germanicae*, nec non hora XI-X. B. BOEHMERI *Institutionum Iuris Canonici* explicationem denuo aulpicabitur. Hora XI-XII. *Ius publicum* tradet MOSERO *praeceunte in seinem Grundriß der heutigen Staatsverfassung des teutschen Reichs*, & hora III-IV. *manuductione ad praxin forensem cum exercitiis elaboratoriis* coniuncta inseruiet secundum B. KNORRI *Anteitung zum gerichtlichen Proceß*. Denique *praelectiones publicas ad Praenotiones suas Iurisprudentiae ecclesiasticae* hora IV-V. instituet.

IO. ANDR. SEGNERSVS publice, TRIGONOMETRIAM ytramque, planam & sphaericam, dilucide explicabit, illustrabitque exemplis veris & vtilibus. *Privatum* hora X. docebit ALGERAM, secundum *Elementa germanica* b. L. B. WOLFFII. Hora XI. explicabit 's Grauesandi *Introductionem* in Philosophiam, ex versione libelli, quae hic prodiit, germanica. Hora III. *Elementa sua Arithmeticae, Geometriae & Calculi geometrici* denuo percurreret. Omnia, si vitam DEVS & vires concefferit, hoc semestri absoluet.

LECTIONES THEOLOGICAE.

GOTTHILF AVGVSTVS FRANCKIVS vel *pastorales institutiones* tradet, vel *historiam resurrectionis Christi harmonice* pertractabit. *Paraneses* consuetas ex *epistolis Pauli* pastoralibus depromere perget, & in *asceticis*, finita, quam interposuit, Pfal. XXVII tractatione in prioris ad *Timotheum* exegesi perget.

CHRISTIAN. BENEDICT. MICHAELIS, quae sui *comprimis muneris* sunt, pro viribus expleturus, hora X. *vicinia Ezechielis* & XII. *minorum Prophetarum* ex *Ebraeo fonte* veteris, hora vero XI. *Pauli epistolas*, posteriorem ad *Corinthios*, ad *Ephesios*, *Philippenses*, *Colossenses*, *Thessalonicenses*, *Timotheum*, *Titum*, *Philemonemque*, ex *Graeco noui Instrumenti*, *sanctorum philologiae* luminibus illustrabit.

SIGISM. IAC. BAVMGARTEN b. c. D. h. VIII alteram *theologiae dogmaticae* partem explicabit; h. XI *historiam ecclesiasticam* enarrabit; h. IIII *bermeneticam saeram* illustrabit; & h. VI diebus *lunae & martis* post *epistolam Pauli ad Philippenses* eiusdem ad *Colossenses* interpretabitur, diebus *louis & Veneris* autem *disputationes dogmaticas* instaurabit.

IO. HENR. CALLENBERG finita *Iesnae* explicatione, progredietur ad *Ieremiam*; ac praeterea ad b. FRANKII *Methodum* studii theologici commentabitur.

IO. GEORG KNAPP primo alteram *theologiae dogmaticae* partem explicabit; deinde grauissimam vel ad *Romanos*, vel ad *Ebraeos epistolam* interpretari constituit, in *asceticis* vero die *Domini* perget.

IO. SALOM. SEMLER perget in tradenda *theologia dogmatica*, quam ante duo istos *menses* incepit; redibit ad explicationem *Proverbiorum & canticum canticorum*; *institutionem de ratione studii theologici* suppeditabit; nec operam, siue *disputationibus*, siue alii *exercitio* impendendam, negabit.

I VR I D I C A E.

IO. TOBIAS CARRACH *privatim* 1) ad B. Dn. BOEHMERI *Doctrinam de Actionibus* hora VIII. *matut.* & 2) ad eiusdem *Institutiones Iuris Canonici tum Ecclesiastici tum Pontificii* hora IX. *commentabitur.* 3) *Doctrinam vero Pandectarum* LVDOVICI horis consuetis exponet. 4) *Ius quoque Criminale* praeeunte *Perillust. Dn. I. S. F. BOEHMERO* in *Element. Iurisprud. Criminalis* hora III. tradet. 5) Nec deerit *manuductionem ad Processum Iudicarium* in collegio *elaboratorio* desiderantibus, quibus de hoc instituto & commoda eidem hora cum eo conueniet.

DANIEL NETTELBLADT hora IX-X. *iurisprudentiam ecclesiasticam tam pontificiam*, quam *euangelicam* docebit, duce V. C. SCHMIDIO in *principiis Iurisprudentiae ecclesiasticae pontificiorum* quae hoc anno prodierunt, & in *institutionibus Iurisprudentiae ecclesiasticae ad vsum fori*

fori euangelici adornatis. Hora X-XI. & II-III. *compendium Digestorum* SCHAVMBVRGII illustrabit; nec non hora XI-XII. ad V. C. RÜTTERI *elementorum iuris publici germanici* secundam editionem commentabitur.

PHIL. IAC. HEISLER horis VIII-IX. X-XI. & II-III. b. LVDOVICI *Pandectas*, nec non horis IX-X. & III-IV. ENGVII *elementa iuris canonico-pontificio-ecclesiastici* interpretabitur, an hinc laboribus collegium Institutionum additurus sit, nondum certus, de quo tamen e valuis publicis tempestiue significabit.

IO. CHRIST. WILH. STECKIVS. Hora VIII-IX. & X-XI. enarrabit *Ius Digestorum*, secundum *Io. Ortz.* WESTENBERGII *Princ. Iuris Civilis sec. Ordinem Pandect.* 8. mai. 1753. omnibus maculae iurisprudentiae cupidus vehementer placitura. Qua quidem in re versabitur ita vt singulos titulos ex fontibus limpidis explicet, deinceps difficultiora textus capita extricetur, denique singulis saturni diebus disputationes instituit super titulis iam enarratis. Hora IX-X. *Ius Canonico-Pontificium* tradet duce BOEHMERO, illius limpidos fontes, vsuque in Hierarchia Germaniae & Ecclesia puriori commonstraturus. Hora XI-XII. *Institutiones Iuris Civilis* explicabit, nitidum HEINECCI *Libellum* adhibiturus. Hora II-III. pom. *Ius feudale* docebit secundum STRYVI *Elementa*: doctrinam clientelarem ex antiquitate Germanica & Charis ac Diplomatus eruturus. Hora III-IV. *Ius Publicum I. R. G.* tradet, praecunte MOSERO rerum publicarum pragmatice perito viro: *Grundriß der teutschen Staatsverfassung* s. actis publicis & deductionibus ad illustrandam ad ostendam publici iuris praxin semper usurus. Aperiet scholas, d. XVIII. Octobris, easque finiet dexterrime intra semestris spatium.

M E D I C A E.

MICHAEL ALBERTI studio Publico de *Febris* Pathologico-Practica explicatione tractabit: *Priuat*o officio finitis Collegiis Physiologico & Therapeutico, Pathologiam vniuersalem & Semiologicam Practicam vsui accommodatam auspicabitur: ad nonnullorum petitionem Medicinam Forensensem illustrabit.

IO. IVNCKER lectionibus publicis semiologiam docebit: priuatis scholis Therapiam specialem, in qua ad febres vsque malignas peruenit, profecerit; priuatissimis curis prouectiores auditores in praxi clinica consuero more exercebit.

ANDREAS ELIAS BÜCHNER publice, consuetis haecenus diebus ac horis, commentabitur in celeberrimi Aitorfni Medici, D. BAIERI, *Introductionem in Medicinam forensensem*. Priuatim hora VIII. matur. ad IX. fundamenta *Semiologiae* tradet; hora IX. ad X. *Therapiam generalem* exponet, & hora XI. ad XII. *manuductionem ad praescriptionem Formularum medicarum* suppediet, horumque laborum initium finitis nundinis, d. XVIII. Octobr. b. c. d. faciet.

FRIDER. HOFFMANN publice hora X-XI. Physiologiam docebit, priuatim vero hora XI-XII. praelectiones instituet in Sectionem secundam Tomi tertii medicinae systematicae beati parentis, quae agit de methodo, ordine & legibus medendi, tam naturae, quam artis, nec non de remediis, eorum quatuor generibus, operandi & recte applicandi modo. Initium harum lectionum erit finitis instantibus nundinis Lipsiensibus, d. XVIII. Octobris.

IO. PET. EBERHARD, publice disputatorias scholas aperiet de rebus physiologicis, priuatim hor. II-III. Pathologiam, Semiologiae iunctam explicabit, & casibus clinicis illustrabit. Reliquas horas mathematicis & physicis laboribus desinavit.

P H I L O S O P H I C A E.

CHRISTIAN. BENED. MICHAELIS, praeter lectiones theologicas, hora III. primo Chaldaica Danielis & Esdrae, deinde Syriacam versionem in librum vnum & alterum N. T. explicabit, praemissis vtriusque linguae fundamentis, ex b. I. H. MICHAELIS *Grammatica Chaldaica & meo Syriaco*.

MICHAEL ALBERTI. Labore publico *Physicam Subterraneam*, Materiae Medicae respondentem commendabit; priuato proposito sobriam methodum disputandi eoque spectantia & praeparantia dogmata Logica vna cum exercitio practico tradet.

IO. IOACH. LANGE publice h. VI. *Mathesin puram*: priuatim h. II. *Mathesin applicatam* & h. I. *physicam dogmatico-experimentalem* docebit. *Historiam naturalem* ad LINNAEI systema naturae die saturni horis a prima ad tertiam explicabit. *Metallurgiam* physico-mechanico-physiotechnicam, cuius synopsis extat in parte posteriori *des Grundrißes*, p. 50. h. V. tractabit, operationes metallurgicae partim lectionibus intermiscetur, partim horis pomeridianis die saturni absoluntur.

ANDREAS ELIAS BÜCHNER publicis in recitationibus explanabit *Cosmologiam*, & doctrinam de *Elementis*; priuatim autem occupatus erit in exponenda illa *Historiae naturalis* parte, quae animale complectitur *regnum*; diesque ac horas, laboribus his destinandas, finitis nundinis e valuis publicis significabit.

FRIDERICVS WIDEBVRG, finitis nundinis Lipsiensibus tradet a X-XI. *Historiam Vniuersalem* ad PFENDORFIVM: ab XI-XII. *Historiam Imperii Germanici* ad B. G. STRYVIUM: denique

denique cum maxime commoda post meridiem hora proponet origines praecipuorum Iuris Publici argumentorum, quae sine historiae cognitione perfecte intelligi non possunt. Initium singulorum Collegiorum Deo propitio facturus d. XVIII. Octobris.

IO. HENR. CALLENBERG, vnum alterumque edisform a se libellorum *Arabicoorum* paratus est exponere, institutionem quoque impertire linguae *Graecae vulgaris*, quae gens vitur Graecorum hodierna.

IO. FRIDERICVS STIEBRITZ per semestre hiemale hora IX-X. in *Metaphysicam Wolffianam* commentabitur; h. X-XI. libros *Novi Foederis* observationibus Philologicis illustrabit; h. II-III. *Pentateuchum Moysi* ex fonte ebraeo praeleget; denique h. III-IV. *Logicae praecipua* ad ductum WOLFFII tradet. *Publicas autem lectiones oeconomicas* ad finem perducet, vt futuro semestri b. c. D. ad nouum cursum oeconomicum pergere queat.

GE. FRID. MEIER interpretabitur h. IX-X. *Metaphysicam* cel. BAYMGARTEN, X-XI. eiusdem *Ethicam philosophicam*, II-III. *Logicam* ad ductum compendii sui, & publice III-IV. dieum lunae & martis *Hermeneticam vniuersalem*.

CHRISTIANVS WEBER hor. VIII-IX. *Ius naturae & gentium* b. L. B. de WOLFF, hor. IX-X. *Metaphysicam eiusdem*, hor. II-III. *Logicam* b. CORVINI & hor. IV-V. *Ethicam philosophicam Wolffianam* docebit.

EXTRA ORDINARIAE.

ADAMVS STRVENSEE 1) theologiae moralis partem primam explicabit; 2) theologiae pastorem exponet, casus dubios in ministerio ecclesiastico obuios enodaturus; 3) lectiones aeternas in epistolas Pauli pastorales continuabit.

GOTTLIEB ANASTASIVS FREYLINGHAUSEN, *Psalms Dauidicos* & si per tempus licuerit, *Iobii librum* interpretabitur; ac praeterea vel *isagogen* in *Libros Symbolicos historico-theologicum* subministrabit, vel in *dicta classica* ita commentabitur, vt de ipsorum sensu, vsu dogmatico, ac iudiciis potiora adferantur. Denique *disputandis locis theologicis* profectiones porro exerebit.

D. IO. FRID. IOACHIM hora VIII b. HEINECCI *Historiam iuris Romani & Germanici* explicabit; hora IX. b. WOLFFII *Elementa iuris feudorum* & hora XI. MASCOVII *Principia iuris publici* interpretabitur. Tradet praeterea hora III. *Historiam Imperii Germanici* ad ductum introductionis suae: *Einleitung zu der Reichs-historie*, & hora IV. *Historiam Vniuersalem Regnorum Europae* ad solum compendii sui: *Einleitung zu den Geschichten der Europäischen Koenigreiche*.

CAROLVS FRID. PAVLI hora IX. ad SCHMAVSSII *historisches Jus Publicum. Historiam Imp. R. G.* hor. X. & II. *Notitiam Statisticam Regnorum Europ.* hor. III. *Notitiam Statisticam Imp. R. G.* & hor. IV. *Historiam Vniuersalem* ad GEBAVERI *Grundriss* interpretabitur. Hor. I. diebus mercurii & saturni publice *Notitiam Statisticam nobilitatis superioris & inferioris Germ.* explicabit.

IO. PHILIPP. CARRACH vtiarum 1) hora IX. *matutina Illustr. Dn. Io. Jac. MASCOVII Principia Iuris Publici Imp. Rom. Germ.* pragmatice interpretabitur, dein 2) hora X. commentatione ad S. R. *Dni HEYMANNI Conspectum Reipublicae litterariae* historiam litterariam in primis *iurisprudentiae* tradet, 3) hora XI. autem B. *Dni HEINECCI Elementa Iuris Civilis secundum ordinem Institutionum* secutus solida docebit fundamenta iurisprudentiae priuatae Romanae, Germanicae & Porulfo-Brandenburgicae.

D. ERNEST. FRIDER. KNORRE, 1) hor. IX-X. *Perillustr. BOEHMERI Elementa Iurisprudentiae criminalis*, 2) hor. XI-XII. *HEINECCI Elementa iuris civilis secundum ordinem Institutionum*, & 3) hor. IV-V. singulis diebus Lunae & Mercurii eiusdem *HEINECCI Elementa iuris cambialis*, interpretabitur. Tandem 4) hor. I-II. die sabbati *Exercitium disputatorium* continuabit.

D. HENK. CHRISTIAN. ALBERTI per instans semestrem hiemale Historiam Litterariam botanicam publice tractatione explicabit. Priuatim vero Fundamenta botanica, Differentiam Seminum & capsularum Seminalium illustrabit. Initium harum lectionum ex valvis erit indicandum.

D. FRIDR. LEBRECHT SVEPRIAN per instans semestrem hibernum publice infantum morbos explicabit, priuatim vero physiologiam & pathologiam generalem ad ductum SCHVLTZII docebit.

D. ERN. ANT. NICOLAI publice infantum morbos pertractabit, priuatim vero hora VIII-IX. materiam medicam, hora IX-X. artem concinnandi formulas medicamentoium & praxim, hora X-XI. physiologiam, hora XI-XII. pathologiam tam generalem quam specialem docebit.


F. C. IVNCKER publicis lectionibus methodum explicabit, qua historiae morborum accurate concipi & consilia medica illis funditus superstrui debeant. Priuato studio physiologiam docebit, & collegium disputatorium, cui therapia specialis materiae suppediabit, aperiet.

D. IVST. ISRAEL BEYERVS *docendo pariter ac scribendo*, sicuti haecenus consuevit, desideris Dominorum Commilitonum satisfacturus, 1) *Cursum philosophicum*, praecunte BAYMEISTERO, incipiet denuo; 2) *Epistolographiam* & 3) *Oratoriam* docebit, simul ac *multifariis elaborationibus* exerebit; praeterea desiderantibus ab eo *carmina, orationes, epistolas* aliaque scripta, quouis tempore & quouis occasione elaborabit; de quibus tamen laboribus tempestiue vt instruat necesse erit.

IO. PET. EBERHARD, in philosophicis collegiis tradet hor. X-XI. *Mathesin puram*, hor. XI-XII. *mathesin applicatam*, vtramque duce Illustr. b. m. L. B. de WOLFF. hor. I-II. *physicam* docebit in proprio compendium.

FR. GVIL ELLENBERGER *Metaphysicam* duce Celeb. BOEHMIO hora X-XII. linguam Ebraeam criticae & grammaticae librum Veteris Testamenti propofiturus; hora I-II. *Logicam* duce CORVINI hora II-III; Introductionem in libros Novi Testamenti ductu compendii a se & bibliopolo Hemmerdenio editi hora V-VI. explanabit. Die Sabbati *disputationes* continuabuntur & *curiosiorum hebraeorum priuatissimum instituet*.





CONSPECTVS LABORVM

QVIBVS
PROFESSORES
ACADEMIAE REGIAE FRIDERICIANAE
PER SEMESTRE HIBERNVM
ANNI MDCCCLVI.
OCCVPAVENTVR
PRORECTORE

D. PHIL. ADOLPH. BOEHMERO,
MEDICINAE ET ANATOMIAE PROF. PVBL. ORDINARIO,
ACADEM. CAESAR. NAT. CVRIOSOR. ET REG. BEROLINENS.
SCIENTIAR.



P. P. D. XXVI SEPTE

HALAE MAGDEB. LITTE

